

1529. u. 4 Junii.

Ex Ms. arch. Stan. Aug. Reg.

Petrus Tomicki episcopus Cracoviensis, et
Petro Amitha de Wisnietze castellano
Voinicensi Mareschalco curie regie Sce-
quoyensi, Colensi, et Premisliensi capitaneo.

Magnifice domine amice et affinis charissime ac
honorandissime. Cognovi ea literis domini Choyen-
sli, quae mihi nudius tertius sunt redditae or-
natam esse Magnificentiam Vestram à Majesta-
te regia officio Marescalatus regni ob quod ego
vehementissime eram consolatus, nunc etiam
plurimum gaudeo, magnopere enim me dele-
ctat, quod major ratio virtutis et optimorum
Magnificentiae vestrae, quam alterius cujusque
ambitionis sit habita. Quare majorem in
modum isti illius tantae, tamque insigni pro-
vectioni, ego gratulor optoque ex animo, ut
haec dignitas, et diuturna illi esse, et in sum-
mam laudem illam suosque omnes evehe-
re possit, quod facile futurum arbitror, si
hanc qua dudum usa est Magnificentiae ve-
stra prudentiam consiliumque suum ad hoc
sibi datum munus accommodare voluerit.
Cupio felicem esse Magnificentiam vestram
et diu cum omnibus suis sospitem et in-
columem. Datum Cracoviae quarta Junii An-
no domini MDXXIX.

[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]